



# TRACTATUS DE VIRTUTE RELIGIONIS.

**R**

eligio est virtus qua Deo, ut rem omnium principio, cultus debitus ac supremus exhibetur. Per cultum intelligitur sacrificatio excellentiae divinae, cum submissione nostra erga Deum. Religio non est virtus theologica, sed moralis, cum habeat pro objecto materiali actus, quibus Deus colitur, & pro objecto formali specialiter honestatem elucidentem in praestando cultu Deo debito ob summam ejus excellentiam, quae excellentia divina est titulus seu ratio, ob quam honestum est praestare Deo cultum supremum. Est tamen Religio virtutum moralium praestantissima, quia ejus obiectum immediatum, & perfectissimum tendit in Deum, quam obiecta aliarum virtutum moralium.

Actus (i) praecipui Religionis sunt adoratio, sacrificium, oratio, devotio, quae est prompta & efficax voluntas praestandi ea, quae ad Dei obsequium pertinent: item laus Dei, gratiarum actio, votum, iuramentum, administratio & susceptio sacramentorum &c.

Porro tenemus Deum colere non solum adibus internis, sed etiam externis. Nam cum spiritu & cor-

pore consentimus, tenemus utriusque adibus colere Deum, utpote utriusque principium.

## CAPUT PRIMUM.

De Adoratione, Oratione, & Spectatione de Horis canonicis.

Quest. I. Quid est quatuorplex est Adoratio?

Resp. Adoratio late sumpta est actus, quo testificamur alterius excellentiam, & nostram erga illum submissionem ob ejus excellentiam. Hinc complectitur non solum excellentiam alterius significationem, qui est proprie honor, sed etiam submissionem, & hujus testificationem, quam utramque superaddit honori. Consistit formaliter tum in voluntate testificandi excellentiam alterius, & se illi submittendi, hujusque submissionis signum exhibendi ob ejus excellentiam; tum in exhibitione talis signi.

Adoratio late sumpta dividitur 1. In latram, quae exhibetur Deo ob incretam & infinitam ejus excellentiam; in dultam, quae exhibetur Sanctis ob eorum creatam excellentiam supernaturalem: in hyper-

per-  
Et alios omnino praesertit, alios strictim declarat, ideo quisquis exaltam illorum cupit notitiam, singulas hasse questiones Angelici percurrat. Nam nimis multa forent a nobis adicienda, si vellemus levate Lectorem onere suo.

(1) Universum actus Religionis undecim enumerat Angelicus; videlicet devotionem, orationem, adorationem, sacrificium, oblationes, primitias, debitas, votum, iuramentum, adjurationem, & laudes Dei; eosque seriem exponit ordine indicato. 2. qu. 91. & seq. usq. ad qu. 92. Quoniam Au-

## DE VIRTUTE RELIGIONIS.

perfuliam, quae sanctae Virgini Dei Matri ob singularem ejus supra omnes Sanctos & Angelos excellentiam supernaturalem creatam exhibetur; & in politica, quae defertur viris, principibus, sapientibus &c. ob creatam excellentiam naturalem, ut potentiam, sapientiam &c. In absolutam, quae persona adoratur propter excellentiam sibi intrinsicam; & in relativam, quae aliquid adoratur, ob excellentiam personae, ad quam habet habitudinem aliquam, vel conjunctionem.

Adoratio vero stricte sumpta est cultus latrae soli Deo debitus, consistens in actu quo testificamur incretam ac infinitam Dei excellentiam, & nostram summam submissionem erga illum, agnoscentique supremum ejus in res omnes dominium, juxta illud Marc. 4. Dominum Deum suum adorabis, & illi soli servabis.

Consistit autem 1. Solum Deum adorantium esse cultu latrae. Sanctus vero colendus esse cultu dultae, & B. V. cultu hyperdulie. Nam adoratio debet esse commensurata excellentiae, cum propter illam exhibetur. 2. Christi, B. Virginis, & Sanctorum imagines, & reliquias colendas esse cultu relativo proportionato personae, ejus sunt: adoratio enim imaginis consistit in signo aliquo externo submissionis ac reverentiae exhibito imagini propter excellentiam prototypi, ad testificandam submissionem nostram interiam erga ipsum prototypum, hujusque excellentiam ac superioritatem agnoscentiam, est Conc. Trid. sess. 25.

Quest. II. An & qualis Oratio est praecipua?

Resp. Oratio late sumpta est accessus mentis in Deum; sive quilibet pius animae motus, seu affectus in Deum, qualis est actus intellectus, amoris, laudis, gratiarum actio, &c. Stricte sumpta, est petitio decursum Deo facta, sive immediate, sive mediata Sanctorum intercessione. Duplex est oratio: scilicet mentalis, quae fit sola mente; & vocalis, quae non solum mente fit, sed etiam voce exprimitur. Haec dividitur in privatam, quae fit a persona privata ac privato nomine; & in publicam, quae fit a communitate, vel a Ministro nomine communitatis.

Oratio debet esse pia & honesta: alioquin non esset actus religionis, nec cultus Dei. Urtalis fit, debet fieri cum intentione, attentione, sine fraude, humilitate, devotione, decore ac pia corporis compositione, & de rebus necessariis, vel conducendis ad salutem & ad gloriam Dei: ita ut res de se inutilitates non petatur, nisi quatenus ex Dei ordinatione & cum ejus gratia possint conferre ad ejus gloriam & salutem nostram.

Porro mortale est peccare a Deo rem malam vel auxilium ad illam, quia in hoc est gravius irreverentia in Deum, quam si esset auctor vel fautor peccati. (1)

Quest.

(2) Ne quis Antonium nimia brevitate, aliove silenti adjectionem Auctores in re hac magni momenti infimulet, varias primum orationis conditiones explicabimus; deinde ejus effectus; tertio quis orandus; quarto pro quibus orandum; quinto Encyclicam Epist. Bened. XIV. de oratione anneximus. Ad conditiones quod attinet, debet oratio esse a voluntate deliberata; haecque deliberatio debet esse vel expressa, vel virtualis, id est expressa a recta ratione. Si enim praesertim aliquas lectionis gratia percurreres, non orares. Secunda conditio est attentio, quae pariter opus est, ut fit vel expressa, vel virtualis. Triplex est attentio juxta D. Th. nempe ad verba, ad sensum, ad Deum, quaelibet quarum sufficit. Tertia conditio est pietas, quae eo spectat, ut pia, honesta, decencia, atque propter bonum finem a Deo petatur. Quarta est humilitas, quia peccator denique animo divine se sinit Majestati, cui suam extremam pauperitatem, indigentiamque representat. Ego vero egenus (sicut David) & pauper sum, Deus, adjuva me. Quinta est fervor, quo Deo precibus fundimus; tepida enim, & frigida oratio nulla

est. Sexta est fides, quae firmiter credimus nos assecuturos fore quod petimus. Effectus orationis sunt meritum, satisfactio, & imperatio. Meritum orationi debetur, quatenus ex caritate proficitur media Religionis. Satisfactio quodlibet operi meritorio committitur. Imperatio rei quam petimus, propius est orationis fructus. Haec quoque oratio ut impetret a gratia sua efficaciam, habet, ex S. Th. 2. 2. q. 83. art. 15. quatuor conditiones necessarias ad imperationem; 1. quod pro te praecipue orans petat; 2. quod necessaria ad salutem; 3. quod pie; 4. quod perseveranter petat. Orationes peccatorum ex misericordia audit Deus, non ex iustitia, ut docet Angelicus ibi art. 6.

Deus solus, & cum Trinus orandus est in hoc sensu, quatenus solus Deus auctor est gratiae, & gloriae, ac ferus omnium omnipotens effector, & conservator. Oratio enim est actus Religionis. Religio vero solum Deum spectat cum finem, cui cultum exhibet. Sancti invocantur solum, non ut auctores divinum bonorum gratiae, & gloriae, sed ut advocati, patroni, intercessores pro nobis orant, & inter-



tercedant apud Deum. Similiter ac Sanctos invocamus & deprecamur B. Virg. Mariam, scilicet ut meram deprecationem & mediaticam. Immo in hoc genere intercessor Christus Dominus primus est, princepsque Advocatus & intercessor noster, qui solus Deo mundum reconciliavit, solusque dignam, & superabundantem oblationem pro peccatis nostris Deo obtulit. Dum igitur Sanctos invocamus, rogamus ut per Jesu Christi merita apud Deum pro nobis intercedant, ac petimus ut ipsi orent, quod nos oramus, & ad eorum patrocinium, intercessionemque confugimus, utpote qui propinquiores sint Deo, & magis digni. Desinitum quoque fuit a Trid. Synodo sess. 25. pie ac utiliter Sanctos sive Angelos, sive homines invocari.

Orandum est non pro Sanctis, qui sunt in termino, & nihil amplius indigent pro aeterna eorum salute; non pro damnatis, quia utpote similiter in termino nulla pro ipsis remanet spes salutis: Sed orandum est pro omnibus viatoribus, & pro animabus Purgatorii. Orandum pro omnibus amicis, inimicis, iustis, peccatoribus, fidelibus, & infidelibus; sicut enim Christus pro omnibus mortuus est, ita pro omnibus orandum, ut fructum recipient Divinae redemptionis, quam Christus sua passione, & morte operatus est. Pro peccatoribus orandum, & infidelibus, ut convertantur: pro fidelibus iustis, ut in iustitia perseverent.

Pro animabus Purgatorii, ut docet Ecclesia contra Novatores: Ecclesia siquidem sive militans, sive triumphans unum corpus constituit, cuius caput Christus est. Igitur omnia membra ad invicem, & cum capite communicare debent, ac proinde anime Purgatorii juvande sunt, non secus ac unum corporis membrum alterum adjuvat. Et huic sententiae accedit perpetua Ecclesiae consuetudo. Coram est autem suffragia fidelium pro mortuis oblata in totum, vel in partem, prout disponit voluntas Divina, & providentia, penas alieque defuncti expiare, ac tollere, cum ita Deus disposuerit.

Ceterum peccatores, qui in publicis ministeriis nomine Ecclesiae orant, ac preces recitandas obtinguntur. Similiter peccatores privati orare debent, ut veniam suorum peccatorum impetrent, quia licet preces peccatorum, utpote qui gratia sunt destituti, non sint meritorie, sunt tamen imperatorie. Viatores omnes sine ulla, sive peccatores orare debent: omnes enim externa penuria laboramus, & ideo omnes necessaria subsidia quotidie necesse est ut imploremus.

Denique encyclica Epist. Bened. XIV. in qua agitur de oratione tum vocali, tum adjuvanti, mentali, huiusmodi tenoris est.

Quaedammodum nihil est hominibus a familiaribus Dei consortio, & consuetudine avulsis, & eisdem ad divinos hauriendos fulgores, ad aeternam salutem procurandam, & ad Deum quasi manu facta colendum magis opportunum, salutare, & necessarium oratione, quae est veluti ascensus anime de terrestribus ad caelestia, inquisitio Supernorum, inquisitum desiderium, conjunctio Spiritui Sancto, & ad Deum locutus; ita ne desolatione desolatorum universa terra ex eo, quod nullus recipit corde omnes & singulis ubique, & semper salutaribus precibus moneandi sunt, quod oportet semper orare, & nunquam desicere; ut in omni oratione, & ob-

secratione, cum gratiarum actione, petitionibus nostris innocensibus apud Deum, ipse qui dives est in omnes cum invocantes, ne nos ab eis deprecationes, nec suas a nobis amoveat miserationes. Ea propter Praedecessores nostri Romani Pontifices Divina institutione formati, ut Christiani debent ad orationis, sive vocalis sive mentalis, ut dicitur, illa sit, studium cum alacritate incedendum, & sine intermissione frequentandum incitantes, eosdem cum corroborationibus inflammare, tum caelestium etiam munerum thesauris, quorum dispensationem ipsi crederentur Altitissimus, allicere studuerunt. Indulgentias enim, peccatorum remissiones, & de indulgentiis etiam quomodolibet debitis poenitentibus largiantur relaxationes istis, qui sine vocalibus precibus recitent, sive per aliquod temporis spatium quotidie in lege Domini meditentur. Nos autem laudatissimi eorumdem Praedecessorum nobis exemplis incens, non solum omnes & singulas indulgentias, peccatorum remissiones, & poenitentiarum relaxationes per eosdem nostros Praedecessores pro recitantibus quascumque vocales preces dummodo nunquam revocatae fuerint, aut quomodolibet orantibus quocumque modo, sive ad tempus, sive in perpetuum ad hanc usque diem concessas Apostolica auctoritate, tenore praesentium, sub ille dem prosum modo, ac forma confirmamus, & quatenus opus sit de novo concedimus. Verum etiam alias insuper ipsi praesentium, qui mentalis orationis, seu meditationis studio operam dederunt, ut infra, impertimur. Primum itaque omnibus, & singulis, sive qui tam in Ecclesiis, quam alibi, & ubicumque locorum publice, & private, quoscumque homines orandi, seu meditando rudem quomodocumque orare, & meditando docuerint, sive qui pie orandi, & meditando institutioni huiusmodi, ut praemittitur, interfuerint, dummodo vere poenitentes, ac sacra Communione resecti, quae vice id egerint, septem annos, & totidem quadragesimas de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentibus in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Iti vero tam docentibus, quam addiscentibus, qui assidue praemissa peregerint, ac insimiliter vere poenitentes, ac sacra Communione resecti, pro Christianorum Principum concordia, heretiarum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, semel in mense pro uniuscujusque commodo, & arbitrio plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, quam per modum suffragii animabus Christianis, quae Deo in caritate conjuncta ab hac luce migraverint, applicare possint, misericorditer in Domino concedimus. Insuper iti, qui per duos quadragesimas continuatas, vel saltem per quadragesimam horae singulis diebus, & per totum mentem orationi mentali dabant operam, & extra praemittentes, & confissi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpsissent, ac pro Christianorum Principum concordia, heretiarum extirpatione, & Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces pariter effuderint, plenariam semel quolibet mense omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, quam itidem per modum suffragii animabus Christianis, quae Deo in caritate conjuncta ab hac luce migraverint, applicare possint, auctoritate, & tenore similibus misericorditer in Domino largimur. Et si autem iuxta Divinum Do-

Quaest. III. Quinam obligantur ad Horas canonicas? (1)

Nota. Hora canonica sunt oratio vocalis publica auctoritate Praetoriorum Ecclesiae constituta, ut quotidie certis horis nomine Ecclesiae recitetur, ad laudandum & precandum Deum.

Resp. Secundum omnes Doctores, ad eas sub mortali singulis diebus obligantur 1. Omnes insigniti aliquo ex sacris Ordinibus, cum non beneficiati: immo etiam excommunicati & degradati, cum nullo privilegio ab hoc onere liberentur, nec sequum sit ut commodum ex delicto reportent. Subiacent autem incipiunt obligari ipso die suae Subdinationis, saltem quoad partem respondentem hora, in qua ordinantur: nam cum obligentur ratione Ordinis facti, statim illo suscepto obligantur.

Porro sunt qui docent, Clericum, qui totum officium recitavit antequam ordinem vel beneficii possessionem caperet, teneri iterum recitare partem officii respondentem hora, in qua cepit obligari. Tum quia observatio praecipit obligationem contractam, tum quia Hora canonica recitatur a Clericis nomine Ecclesiae; & ante subdicationem vel beneficii ademptionem, officium non recitatur nomine Ecclesiae, cum nondum quis sit minister ad hoc deputatus.

2. Omnes Religiosi & Moniales professi & ad choram deputati, etiam fugitivi, eiectionis, & ad trimesis damnati: nam hi manent vere religiosi, ideoque obstricti obligationibus religionis, quibus si possunt satisfacere tenentur; culpa enim nemini debet suffragari. Haec obligatio in Clericis non beneficiatis, & Religiosis ac Monialibus recitandi etiam privatim, si in choro non recitaverint, oritur praesertim ex antiqua & universalis Ecclesiae consuetudine vim le-

gis habente & fundata in eorum statu ad Dei cultum instituto, & constat ex communi usu & consensu totius Ecclesiae, ut docet Suarez. Dixi Professum ad chorum destinatum, nam non obligantur Novitii, Conversi, Laici, Religiosi Societatis Jesu antequam sint in Sacris, Religiosi militarium Ordinum &c.

3. Omnes Beneficiati, non solum ex religione, ut supra dicti, sed etiam ex iustitia: quia sub hoc onere beneficium eis collatum est, & his acceptatum.

Hinc peccat mortaliter, qui ex praedictis uno die officium totum vel partem ejus notabilem omitit sine iusta & gravi causa exculante; ut constat ex consensu Doctorum & totius Ecclesiae. Nam violat praecipuum in re gravi ad religionis virtutem praestantissimam pertinente. Pars autem notabilis & sufficiens ad mortale iuxta omnes censetur una parva Hora, v. g. Nona, vel quilibet pars officii ei equivalens; immo iuxta varios media pars unius Horae parva. Item qui interruptum per totum officium omittit quantum est integra Hora parva, peccat mortaliter, quia partes pertinent ad unum totius diei officium coalescent mortaliter in unum, & consistunt unam notabilem quantitatem.

Ceterum explicandus est in confessione numerus Horarum omissarum; quia omnino plarium vel sunt plura numero peccata, vel unum pluribus aequivalens: & per plarium omissionem saltem multum aggravatur culpa, & variatur iudicium de illa. Praeterea numerus Horarum est quid vel tenens ex parte obiecti, & constituit peccatum in suo esse individuali.

Quaest. IV. Quenam requiruntur ad debitam recitationem Horarum?

Resp. 1. Quoad officii qualitatem ex Bulla S. Pii V. Quod

pane sonitu istis diebus, usque horis, quibus vobis oportuerit in Domino visum futuri, dando, decernendoque omnes Christiani uniuscujusque cura commissa, quos in unum convenire congerit, in mentali orationis studio erudire, sive per alios peritos erudiri faciant, atque ad illam frequentandam accendere, necessitatem, utilitatemque proponere, indulgentiarum thesauris, quoties benignitate Apostoli a largimur, explicare, & ad ipsos ea, quae decet pietate, ac reverentia lucrando inflammare fideant, & entantur; atque etiam, si commode, ut praemittitur, fieri poterit, orationi mentali in communi practica, ut dicitur, vacare, in eaque exerceri faciant, & curent. Praesentibus temporibus futuris temporibus vultur. Valuimus autem, ut eandem praesentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem prosum fides adhibeatur, quae adhibetur eisdem praesentibus, eo aut alio opportuniori tempore ante imaginem sacram cum tota familia convenientes orent. Ea propter Vos, Venerabiles Fratres, rogamus, & in Domino hortamur, ut omnibus & singulis Ecclesiarum, priorumque locorum, in Civitatibus quidem Cathedralibus, altiarumque praecipuarum Ecclesiarum, in oppidis vero Parochialium Ecclesiarum Superioribus, ac Rectoribus insinuetis, ut praemissa Cam-

Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem sub Anno Praetoriaris aed. 16. Decembris 1746. Pontificatus nostri anno 6.

(1) De recitatione Divini Officii alibi Bened. XIV. doctrinam referemus, scilicet in calce huius capituli.







debita attentione mentis, ac reverentia tam interna, quam externa.

Item pronuntiatio debet esse articulata & sensibilibilis, seu per se audibilis recitanti, ita ut recitans, seclusis impedimentis, seipsum audire possit. Nam oratio vocalis, prout a mentali distinguitur, debet habere sonum distinctum omnino sonus esse per se audibilis, cum sit objectum auditus. Ita Medin. Novar. Reginald. Sanchez. &c.

Quest. IV. An ad satisfaciendum precepto requiratur intentio & attentio interna, & qualis?

Resp. Intentio hic est volitio orandi & laudandi Deum. Attentio duplex est, externa, & interna. Attentio externa consistit in attentione ad pronunciationem verborum, ut distincte ac integre pronuncientur, excludente omni actione incorporeabili, excludente omni actione incorporeabili, cum attentione interna, & evagationem sensuum circa objecta distractiva. Attentio interna est advertentia mentis vel ad sensum verborum, vel ad Deum, aut res divinas.

Resp. 1. In recitatione officii requiritur intentio seu volitio orandi, vel explicita, qua quis initio velit expressè orare; vel saltem implicita, qua velit recitare ad satisfaciendum precepto Ecclesie: in hac quippe voluntate implicitè includitur intentio Deum orandi & laudandi, cum id quod Ecclesia precipit, sit laus Dei; & oratio. Nam cum recitatio externa officii fit indifferens, ut est oratio, studium, exercitium memoriae &c. debet ab intentione orandi tanquam a forma determinari, ut sit oratio & cultus Dei, qualis precipitur. Et vero recitatio officii est alia intentione, v. gr. studendi, non est vera oratio vocalis, nec actus religionis. Præterea oratio est locutio cum Deo, & non loquitur cum Deo, sicut nec cum homine, qui non intendit cum eo loqui.

Resp. 2. Ad satisfaciendum precepto requiritur quoque non solum attentio ad verba, ut distincte ac integre pronuncientur, & quæ excludat omnem actionem incorporeabilem cum attentione interna, ita ut qui plingendo, scribendo, ludendo, comediis spectando, fabulantes audiendo &c. Horas memoriter recitare, non satisfaceret precepto; sed requiritur etiam attentio interna ad Deum seu res divinas, vel ad sensum verborum, vel saltem ad verba, ut laudes Dei, orationem & pietas affectiones continentia, considerando Deum præsentem cum pio humilique ad ipsam affectu, & intendendo per illa Deum orare ac laudare, atque omnem voluntariam distractionem rejiciendo. Ita Reginald. Acor. Laym. Valencia, Suarez dicitur, hanc esse communem sententiam.

Prob. Quia 1. precipitur oratio vera, quæ sit actus religionis gratus Deo, & utilis Ecclesie. Ad sine attentione interna oratio non est verus Dei cultus, nam omnis cultus Dei fieri debet in spiritu & veritate, & non solo corpore, ex Joan. 4. Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate, nam & Pater saltem querit, qui adorant eum. In spiritu & veritate oportet adorare. Nec est vera oratio, cum omnis oratio ex S. Damasc. lib. 3. de Fide cap. 24. fit attentio mentis ad Deum: sed est quedam species hypocrisis, & simulatio orationis, ex Matth. 23. Hypocrite, bene prophetavit de vobis Isaias dicens, Populus hic labiis me honorat,

et cor autem eorum longe est a me. Neque est utilis: clamor ad Dominum, qui fit ab orantibus, si sonum corporalis vocis fiat, non intento in Deum corde, qui dubitet inanimiter fieri? ait S. August. ser. 29. in Psal. 128. Quomodo te audiri populus a Deo cum te ipse non audias? ait S. Cyprian. lib. de orat. Dominica. Enimvero qui utilis esset ejusmodi Oratio, utpote injuriosa Deo! Ipsas superbas (res) cogitare, injuria est ejus, cum quo loqui cæperas. Oratio tua locutio est ad Deum. Ita S. Aug. in Psal. 85.

2. Cap. Dolentes sup. cit. precipitur devotio simpliciter. At devotio externa sine interna excludente omnem distractionem voluntariam, non est devotio, sed simulacrum devotionis: sicut homo pius non est verus homo, sed simulacrum hominis. Demergat verba Concilii (quodammodo Deus dedit), significant devotionem integram gratia Dei, ideoque internam: nam solum externam solent habere hypocrite.

3. Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. jubet ut officium recitetur reverenter, distincte, devote, cum tria frustra addidisset, si precipieret tantum reverentiam externam. Et ideo multa Concilia, ut Trevir. II. Burdigal. ann. 1583. Bituric. ann. 1584. Narbon. & Conventus Meliodun. discrete precipiunt ut officium recitetur *serenè & devote*; & Concil. Colonien. elevata mente in *salutem Deum*. Item Clerus Gallican. anno 1700. ut absonam & verbo Dei contrariam, damnavit hæc propositionem: *Precepto satisfaci, qui voluntarie labitur tantum, non autem mente orat.*

Hinc peccat mortaliter qui per notabilem officii partem voluntarie distrahitur, perinde ac si partem illam omitteret; cum recitatio sine attentione debita non sit recitatio religiosa quæ precipitur, nec vera oratio. Item peccat, qui recitat in loco distractivis exposito, v. gr. foro publico, vel loco ubi est frequens concursus, clamor, aut strepitus profanus hominum, aut ubi habentur disputationes, ut expresse docent Bonacina, Castropal. &c. Nam cum teneatur ad attentionem internam, tenetur etiam ad removendam ejus impedimenta, & alias voluntarie se exponit periculo non attendendi.

Obj. Ex his sequitur, quod distractio voluntaria in oratione non præcepta vacat culpa; quia per illam destruitur substantia orationis vocalis, & sic tunc solum cessat oratio.

Resp. negat. Quia est irreverentia contra Deum, exterius Deum alloqui, ac profiteri se Deum colere, & id non facere interius, sed alia animo reverentia, esse simulatio cultus divini. Est etiam irreverentia orationem inchoatam sine causa interrompere.

Not. Sufficiens attentio virtualis, quæ est attentio ad Deum relæve divinas initio orationis habita, & virtualiter perseverans in processu orationis, quando non revocatur, neque expresse per voluntionem expressam non amplius attendendi, neque implicite per distractionem voluntariam; ut si advertens te distracti, mentem non revoces ad Deum vel res divinas. Nam cum attentione illa virtuali subsistat vera oratio, & actus humanus religiosus, & sepe attentio actualis non est in nobis porrecta. Hinc non tenentur repetere quæ involuntario distractus recitasti, cum virtualiter attendendis. Immo melius est, si non

repetas, ad vitandam anxietatem & perturbationem in recitatione officii. Sed ubi quis advertit se distracti, teneat mentem statim revocare ad Deum tunc labor virtuales propositum non attendendi, sicut ille, qui occupat se in rebus exterioribus, cum non patitur secum interiore attentionem.

Quest. V. An satisfaci, qui legit cum socio extra Ecclesiam?

Resp. Affirm. Quia id congruit cum publico usu Ecclesie, & recitantes sibi commune faciunt quod alternatim recitari, sed tunc singuli debent alterum Psalterium versus distincte & integre, & voce audibili a socio recitare; ita ut unus non legat suum versusum priusquam alter integre absolverit suum, & audiatur ab alio. Nam socius non communicat in parte, quæ anticipatè dicitur, & quam non audit; & sic non potest attendendo illam facere suam; ideoque tenetur supplere, antequam suam ipse partem recitet, non enim satisfaci precepto nisi devote & attentè recitando partem officii, & aliam audiendo. Si plures quam duo simul legant, debent, factio loco duplici choro, alternatim recitare, sive plures sint ex una parte, sive pauciores, alias fietet contra usum Ecclesie. Sæpius est de lectionibus, quarum primam, secundam secundam, tertiam tertiam legere potest.

Quest. VI. Quænam excusant a lectione Horarum?

Resp. Sequenti. 1. Gravis infirmitas, ita ut sine notabili incommodo, seu noxamento, vel incrementum morbi, aut periculo gravi recitari nequeat, ex c. 3. dist. 91. in dubio, ex communi sententia consentans est medicus probus & peritus, & illius iudicium standum: quia ratio officii & peritæ in arte, hoc iudicium ad illum pertinet. Si ipse dubitet, opus est tunc dispensatione Superioris, qui si aliter nequit, & medicus suspicetur grave noxamentum sequi posse, docet tunc egrum excusari, quia Ecclesia non obligat tunc ad se exponendum periculo gravis damni. Qui autem non potest recitare solus, sed potest cum socio, ad hoc tenetur, si socium commode habere queat, quia sic potest moraliter observare præceptum; & obligatus ad finem eo ipso obligatur ad usum mediatorum saltem comparabilium. Immo Suarez, Bonacina, & alii docent beneficium tunc teneri conducere socium cum quo recitet, si sufficientes ad hoc fructus ex beneficio colligat: quia fructus illos percipit ut officium persolvat, & per illos potest sibi comparare medium persolvendi.

2. Gravis & repentina occupatio, quæ sine scandalo vel notabili damno proprio ad alieno omittitur, vel differri nequeat. Nam Ecclesia non prescribit vel obligare cum tanto gravamine. Quando tamen aliqua occupatio, vel agendum impedit, vel impediatur prævidetur tempore legitimo, tunc est obligatio anteposendi, vel postponendi Horas intra eandem diem. Quia obligatio cadit in totum diem, & durat per singulas ejus partes, potestque impleri quod substantiam quavis illius hora. Ergo si una pars diei est impedita, dici debet officium quavis alia.

3. Recitandi impotentia, ut cæcitas, vel carentia Breviarii inculpata, si alii haberi nequeat: nam nemo tenetur ad impossibile. Quo casu fit totum of-

ficiam, aut parva Hora memoriter dici possit, dici debet. Nam generaliter loquendo, qui non potest totum officium recitare, sed potest partem ejus notabilem, vel unam partem Horarum, v. gr. Primam, vel Tertiam, aut Completorium, ad eam sub mortali tenetur; tum quia Innocent. XI. damnavit hæc propositionem: *Qui non potest recitare Matutinum & Laudes, potest tamen reliquas Horas, ad nihil tenetur, quia magis parvum erit ad se minorem.* Tum quia hoc præceptum obligat ad omnes & singulas Horas, & quævis Hora est per se oratio Canonica integra, ab aliis distincta, confergetque notabiliter ad finem præcepti. Porro carens officio particulari tenetur recitare officium commune, vel simile.

4. Legitima dispensatio Papæ. Aliqui docent ex usu ubique recepto Episcopos & Superiores Ordinum posse dispensare cum suis subditis ad breve tempus, in dubio de morali impotentia recitandi; & hoc videtur necessarium ad tollendam perplexitates, & impediendam grave noxamentum.

APPENDIX COMPENDIARIA.

Ex Operibus Benedicti XIV. quædam Horas Canonicas.

Canonici, & beneficiarii tenentur ex jure Ecclesiastico recitare officium divinum cum discrimine, ut beneficiarii ubique locorum possint huic muneri satisficere, Canonici vero Cathedralium, vel Collegiarum curiam in Choro tenentur. Inq. Eccl. 107. b. 7.

Canonici tenentur recitare divinam psalmodiam in Choro, adjuvantes se eidem Choro, non sufficienti tantum adiutori, aliqui non faciunt fructus suos, nisi tamen adjuverit privilegium Apostolicum non prescriptum, nec abrogatum. Ita in Encyclica ad Episcopos Italiae Com. Jemp. Bull. Tom. I. n. 103.

Nec solum tenentur adhibere, sed etiam alta voce recitare, & associare cantum Horarum Canonicarum, nulla in contrarium obstante consuetudine, ut ex dispositione Sac. Conc. Trid. sess. 24. cap. 3. de reform. evincitur. Inq. Eccl. 107. n. 16. Idcirco tenentur Canonici, & alii ad Choro cantum Gregorianum adhibere, ut in folio exhibitio Sac. Congregationis in causa Murana Mansionarie die 13. Novembris 1735. a secretario ejusdem Congregationis demonstratur. Inq. Eccl. 107. b. 26.

In Tridentino quidem injunctum est, ut omnes Divina per se, & non per substitutos compellantur obire officia, sed ut censuit S. Congregatio, non est sublati Capitalibus facultas se se invicem substituendi, dummodo substituent, & substituti eisdem servitio adscripti non sint. Cavendum est tamen ne nimis frequentes sint istæ substitutiones. Non possunt uti hæc facultate illi Canonici, qui extra civitatem, vel suburbia consistunt. Nec ea utri potest nisi Canonici, vel Mansionarii, non vero cædentes eorum, ut ex pluribus Decretis Sac. Congr. Ibid. b. 17. 18.

Si Chorus Ecclesie efficiatur incommodus, puta hyemali tempore, potest adaptari eidem muneri præstando aliqua Capella ejusdem Ecclesie, ut ex Decreto S. Congr. Ibid. b. 19.

In ordine ad recitationem Horarum præfertur illa sententia, quæ docet eos, qui admittunt jocos, risus, & ca



& cachinnos, & confabulationes in choro, reos esse peccati gravis, & ad restitutionem teneri, *ibid.*

In Decretali dogmata de celebr. Missi. pena in eos qui hæc similia agunt, suspensio induitur; hæc tamen suspensio eff. ferende non late sententia, ut explicavit Honorius III. in cap. 3. de Vita & honestate Clericorum, inserto in quinta compilatione Decretalium edita a Cironio. *ibid.* §. 29.

Mos non mulltandi Canonicos, nisi cum super- venerint in Choro post absolutum primum Nocturnum cum Lectioibus, vel post sex priores plas- mos in Martiniis de Feria; etiam consuetudo ad- sit, reprobat a Sac. Congr. Conc. in Interamnen- sis visitationis die 21. Maji 1674. *ibid.* §. 23.

Quamquam in Choro teneantur recitare semel in hebdomada Officium Defunctorum, extra Chorum tamen non tenentur; quod etiam de officio B. M. V. Palms Penitentiarum, & Gradualibus defini- vit S. Pius V. in sua Constit. LXIV. *Instit. Eccl.* 107. §. 9.

Missæ Conventuales, quæquam non veniat nomi- ne Horarum canonicarum, venit tamen nomine Divini Officii. Quare si Cathedralis & Collegiatarum Canonici tenentur ad quotidianum officium divi- num, tenentur etiam ad quotidianam celebrationem ejusdem Missæ, *ibid.* §. 11.

Immemoralis consuetudo non excusat Canonicos Cathedralium & Collegiatarum insignium a residen- tia: bene tamen in Collegiatis non insignibus, & ruralibus, in quibus adeo tenes sunt redditus, ut Canonici aliunde non habentes unde vivant, non habitant. *Instit. Eccl.* 107. §. 2. ex Decr. Sac. Cong.

Absentia a choro per tres Menses non intelligitur permissa a Tridentino, si Ecclesiæ Constitutiones servitium totius anni absque ulla intermissione re- quirant, ut explicatum est in Decreto S. Cong. *Instit. Eccl.* 107. §. 101. Quæ in re nulla contraria con- suetudo etiam immemorabilis admittitur, ut censuit S. Cong. in suo Decreto, *ibid.*

Ad vacationem trium mensium concessa a Triden- tino non requiritur licentia Episcopi, si tamen in- tra diœcesim consistant; requiritur autem vicissim si se ab illa abstant, petita tamen non debet ab Episcopo negari; ita ex Decretis Sac. Congreg. *ib.* §. 56.

Canonici vigile trimestris a Conc. Trid. sibi con- cessi non possunt simul abesse a choro ultra tertiam partem mœ, & eodem tempore, nec vacationem hanc obtinere possunt tempore Quadragesimæ, & Adventus, & in festis solemnioribus, ita ex Dec- reto Sac. Cong. *ibid.* §. 31.

Pro absentibus habitantibus, qui absent ab Ecclesiæ servitio toto vicibus, ut prescripta quantitas trium mensium antea scripto superetur. Ita ex Decr. Sac. Cong. *ibid.* §. 32. Hinc Sac. Congr. in aliis Dec- retis, *ibid.* §. 33. relatis decidit plerumque trim- estre in eadem, ut censentur absentes. Nec appro- bavit valere Sac. Congr. illos, qui calculum con- sistent ab hora in horam, & non a die in diem, *ibid.*

Absentes a servitio tempore vacationis non in- terveniunt distributiones quotidianas, nisi concessæ sit- illis a Constitutionibus confirmatis a SS. Pontifici- bus ante Concil. Trident. Ita ex Decr. Sac. Cong. *ibid.*

Canonici qui abserint ultra trimestre non sunt

citandi, ut veniant ad servitium Ecclesiæ, qua in re differunt a Curatis non residentibus, qui ex Con- cilio prescripto citandi, vel admonendi sunt, ut contra illos procedatur. Vocandi sunt igitur Canoni- ci, ut dedicant causam eor. non debeant privati medietate, sive omnibus fructibus juxta prescriptum S. Concilii. Ita ex Decreto S. Cong. *ibid.* §. 37.

Porro ut tunc procedatur ad privationem Canonica- tus, procedere debet trium annorum absentia, tum expellenda sunt tres citaciones contra absentem, qui deus expectandum est per sex menses, in quæ lapsus, si tunc comparat, ad sententiam privationis pro- cedatur. Ita ex Decr. Sac. Cong. *ibid.*

Atamen intra hoc triennium expellations pro- cessu potest ad suspensionem delinquentis juxta dis- positionem Cap. Ex tua de Cleric. non resid. Quod etiam fieri potest inchoata jam via procedendi a Concilio prescripta; atamen nunc pendendum non est ad sententiam privationis. Ita ex Decr. Sac. Cong. *ibid.*

Quoad distributiones Concil. Trid. *sess. 21. cap. 23. de Reform.* mandat, ut separaretur e. massa caplu- rari tertia pars fructuum, que dividitur inter presen- tes divinis officiis adstantes. Adit vero idem Concilium, quod si dignitates, & personar. Ecclesiarum Parochialium, & Collegiatarum numeribus suis desue- rint, amittant distributiones, que applicantur Fabricæ Ecclesiæ, vel aliter *pro loco, arbitrio Ordinariorum.* Quod postquam intelligitur de dignitate redditus suos habentibus a Mensa Capitulari discretis: nam ille, qui participat ex eadem reu- fa, distributiones amittunt, sed que accrescunt pre- sentibus. *Instit. Eccl.* 107. §. 41.

Vetat insuper Sac. Concil. *sess. 24. cap. 21. de Reform.* ne Chorales secum invicem accurrant, nec mullentur absentes. Vetat etiam ne gratis con- duntur distributiones iis, qui non interfuerint, cui Decreto insitens Sac. Congr. Concilii femp. nega- vit valere illas condonationes, *ibid.* §. 42.

Hoc tamen non obstant, fas est Episcopo trans- gressores illos ulteras punire, ut sapus respondit Sac. Congr. *ibid.* §. 43.

Ceterum cum Sacra Concilium exceptis judicet ab ea distributionum amissione illos, quos infirmi- tas, seu juxta, & rationalis necessitas corporalis, aut evidens Ecclesiæ utilitas excusat; hinc Sac. Cong. censuit in eo rem exequi absentes non tan- tum suas distributiones non amittere, sed lucrari augmentum, quod sit ex distributionibus absentium sine causa. Quis & si quis discedens a civitate sa- nus proponens redium ad civitatem post legitimam vacationem, si interim spirituale afficiatur, nec redire possit, adhuc distributiones lucratur, ac si presens esset in civitate, ut ex Decr. Sac. Cong. *ibid.* §. 45.

Verum non omnis agritudo excusat, nec omnes semper; nam si quis cum sanitate valebat, interesse negligebat, tunc est agritudo graver, distributio- nes non obtinet, ut censuit Sac. Congr. *ibid.* §. 47.

Accidere tamen possit, ut quis non veteretur quidem exire domo, sed agritudine, qua afficitur, adesse Choro non permitteretur. Hinc cæcus distri- butionibus potitur, etiam cum officii partem, quam memoria tenet, in choro non recitet, ut cen- suit Sac. Congr. *ibid.* §. 48.

Debet exco. eas distributiones ex ea die, qualu- ni

mine captus est, & non solum ex ea, qua se ad- mittit ut presentem postulat, censuit Sac. Congr. *ibidem.*

Quis nec teneri illum substituire aliam pro o- ntere Missarum in Collegiata eadem Sac. Congreg. alio Decr. censuit, *ibid.*

Quando pennis grafiatur (quod judicium Episcopo remittitur) Canonici qui se absentant ab Urbe, vel oppido, distributiones lucratur, ut ex Decr. Sac. Congr. *ibid.*

Nec privatur etiam, qui affecti alias interesse choro, vexationibus injustis coacti se se e loco se- derunt, ut ex Decr. Sac. Cong. *ibid.* §. 51.

Cujusmodi sunt etiam detenti injuste in carceri- bus, que injustitia tunc judicanda est ex sententia in ejus favorem lata, que in judicium transierit; nam si interposita sit appellatio, exitus ejus appella- tionis expectandus est, que omnia ex Decr. Sac. Congr. *ibid.* §. 52.

Sententia in favorem rei illa dicitur hic, qua reus ut innocens absolvitur per sententiam definitivam; sicut etiam, que ex habentis de dñi declaratur innocens; nam si interposita sit appellatio, exitus ejus appellations expectandus est, que omnia ex Decretis Sac. Cong. *ibid.* §. 52.

Ex evidentibus Ecclesiæ utilitate abtem ad distri- butiones admittit Beneficiis VIII. in cap. unic. de Clericis non resid. in sexto. Quare abens a choro causa negotiorum Ecclesiæ suæ, vel capitali, distri- butiones percipit, ut sepe censuit Sac. Congr. *ibid.* §. 8.

Inque canonicus Theologus, qua die legit, potest non amittit distributionibus a choro abesse, et si va- care ille possit, ut censuit Sac. Congr. *ibid.* §. 55.

Hinc etiam Canonicus Penitentiariorum, vel alius canonicus ab Episcopo deputatus in eum locum, dum actu audit confessiones tuto abest a choro, & distributiones obtinet, ut pluries censuit Sac. Cong. *ibid.* §. 55. Si vero abite dum actu non audit con- fessiones, distributiones minime percipit, ut ex al- iis Decr. Sac. Cong. *ibid.*

Lucratur etiam fructus Præbende, non vero dis- tributionum, et si absent ille, qui habet canonicat- u sui adnexum, sed extra civitatem, curam Animarum; tenetur enim in Parochia residere pro eo tempore, quo in Parochia Ecclesia resideret, & Sa- cramenta administrat. Ita ex Conc. Trid. *sess. 22. cap. 3. de Reform.* addita Bulla 65. S. Pii V.

Qui vero habet curam Animarum in ea Ecclesia, in qua est canonicus, si toto eo tempore occupatur actu in exercitio eorum, que spectant ad curam Animarum, distributiones quotidianas obtinet, *ibid.* §. 56.

Fas est Episcopis servitiis suis adungere saltem geminos canonicos cathedralis, seu etiam collegia- tarum; atamen non potest seligere canonicum seu dignitatem, neque etiam condjurorem. Hos vero lucrari-fructus prætendunt, non vero distributiones constar. Ita ex pluribus Decretis Sac. Cong. *ibid.* §. 57. 58.

Canonici, quos Episcopus mittit Romam in visito- rios sacra limina suo nomine, vel illum ea occasio- ne constantes, distributiones quotidianas non amit- tunt, ut pluries censuit Sac. Cong. *ibid.* §. 59.

Ex lege Concilii Trid. *sess. 24. cap. 23.* possunt cogi canonici Episcopo celebranti, vel alia Pont- ificæ T. *Becc. Moral.* Tom. II. P. I.

facilia exercitio assistere, & intervenire. Porro ex Decr. Sac. Congr. dicitur Episcopo in cathedrali celebranti in Pontificali intervenire teneat omnes, si exceptis, qui legitimis vacationibus absent. Tenentur vero etiam præfate illi minus subdiaconi; quod verum est etiam Episcopi celebrantibus, sive Ordines ministrare extra cathedralem intra Diœcesim & suburbia, tenentur enim etiam tunc præfate manus Diaconi, Subdiaconi, Presbyteri adstantes, & duo- rum illorum canonicorum, qui Episcopo Ordines ministrant cum Archidiacono adiut. Ita ex pluribus Decr. Sac. Congr. *ibid.* §. 60.

Porro hæc assistentia locum habet etiam cum Episcopus in sua cathedrali presens est Missæ, & divi- nis officiis diebus dominicis, & festis etiam non so- lenibus, & diebus ferialibus quadragesimæ. Quod verum est etiam, quando Episcopus in aliis Ecclesiis civitatis pontificaliter celebrat, vel paratus affi- sit cum pluviali, & mitra, aut cum cappa divinis officiis, & Missæ solemnibus, alia Pontificalia exercet, si tamen numerus sufficientis canonicorum, & Mini- strorum in Ecclesia cathedrali remaneat. Ita ex Dec- reto Sac. Cong. *ibid.*

Valent etiam hæc dum Episcopus in Ecclesia cathedrali adest concioni diebus quadragesimæ, & aliis intra annum. Non vero si cum cappa assistit concioni, que habetur in aliis Ecclesiis civitatis, etiam exemptis, *ibid.* §. 60.

In his omnibus reum circumstantibus canonici, qui Episcopo intersunt, si actu debeant choro interesse, non semper tamen obtinent distributiones. Illas enim non lucratur, nisi cum assistunt pontificaliter celebra- nti, non vero Episcopo Diœcesim visitanti, vel Missam privatam celebranti, *ibid.* §. 61.

Animadverendum est canonicos non presentes, de quibus supra diximus, non privari distributioni- bus, non tamen participare de emolumentis Annu- verariorum, que ex voluntate fundatorum distri- buti consueverunt solum inter presentes, ut ex Decr. Sac. Cong. *ibid.* §. 62.

Demum distributiones quotidianas obtinent cano- nici, & Beneficij, qui intereum intra annum in- tra domum Religiosam quasi exercitia spiritualia præstant cum licentia Episcopi, non tamen si in Adventu, Quadragesimæ, & festis solemnibus ad- gunt, & ita agunt, ut servitio chori nullum detri- mentum inferatur. Ita ex Encyclic. Clem. XI. *ibid.* §. 63.

Distributionibus etiam quotidianis non privantur canonici, & mansionarii tenentis, sive si coadjuto- rem habeant, *ibid.* Debet tamen indultum hoc obtrunifia a Sac. Cong. vi cujus nec loci residentia affringuntur. Quamquam possunt ab Episcopo compelli ad assistendum choro, si cultus divinus detrimen- tum patitur. Ita ex Decr. Sac. Cong. *ibid.* §. 64.

Porro si coadjutor sive intra civitatem ægrotet, sive extra, non tenetur coadjutor assistere choro, & nihil fecit lucratur distributiones, que ipsi omni- no debentur, etiam cum eis emolumentis, que præ- sentibus accrescunt, *ibid.* §. 65.

Distributionibus privatur Vicarius Generalis Episcopi, canonicus examinatus, quique in Tribunali S. Officii munus suum præbet, ministri camerales, scilicet subcolletores spoliarum, & decimarum, dem- que peregrinationes etiam factas obvenit, nisi illas egerit intra trimestre a Tridentino censuit. *De-*



nique nec magistri juris canonici & Sacre Theologie in publicis universitatibus docentes; qui tamen si recurrerint ad Sac. Congr. obtinent fructus Præbende, & si illi fiat tenus, duas tertias partes distributionum, quod etiam postremum conceditur iis, qui causa studiorum in publicis universitatibus abfunt, *ibid.* s. 72.

Abfentes vero causa studii ex Decr. Innoc. XII. si indultum sibi concessum non exhibuerint Ordinario loci, & in Adis cancellerie non registrerit intra tempus in indulto præfixum, perinde est ac si non adfuissent, *ibid.*

Coadiutoribus non conceditur indultum abfentandi se de causa studii, *ibid.*

Studium vero præstari debet in publica universitate, ac prodest pro eo pariter tempore, quo lector privatam lectionem habet, & non in Aula publicæ universitatis, ut ex Decr. Sac. Congr. *ibid.*

Si eo tempore, quo officia perfolvuntur in choro capitulum congregandum sit, nisi urgens causa fuerit, canonici non possunt abfentare se se absque subtractione distributionum pro eo tempore, quo abfunt, ut ex Decr. Sac. Congr. *ibid.* s. 73.

Nec etiam desistere possunt chorum ut Missam celebrent, vel confessiones audiant, nisi superior illi iusserit; monetur tamen superior ut ab his iustitiam abfintat, in Decr. Sac. Congr. Anni 1573. *ibid.* s. 74.

Dignitatem novam in cathedrali Ecclesia erigere nemo potest, nisi unus tantummodo summus Pontifex, ut pluries descriptum in Sac. Congr. Conc. notatur. *Tract. de Synod. Dioces. lib. 7. cap. 75. s. 8.* Pro canonico theologali concursu indicendus est ex Bulla Bened. XIII. *Pædagogii Officii*; eius tamen collatio pertinet ad Pontificem ex can. *Ad regimen* de Præbend. Concursus ille indicendus est ab Episcopo, a quo examinatores destinandi sunt quatuor in Theologia licentiatii, sive saculares, sive regulares, nec requiruntur Synodales. Concurrentes debent esse Doctores in Sacra Theologia, vel saltem intra annum tenentur doctoralem lauream in aliqua universitate approbata studii generalis assequi. Quæ omnia ex eadem Bulla resultant.

Acta vero concursus transmittenda sunt ad Romanum Pontificem, a quo dignior eligetur, ut in eadem Bulla, & *Insp. Eccl. 57. s. 4.* Nec sufficit laurea canonica ex responso Sac. Congr. *Insp. Eccl. s. 57. s. 4.* Nec sufficit etiam si hæc laurea recepta ab aliquo privilegio obtineatur, sed requiritur omnino obtinenda in universitate approbata, quod commune est omnibus beneficiis lauream doctoralem exigentibus, ut ex Bulla 70. S. Pii V. *ibid.* s. 5.

Theologus canonicus satisfaciit suo muneris, sive legit Sacram Scripturam, sive Theologiam Scholasticam, ut sapius resolvit Sac. Congr. *ibid.* s. 6. Non tamen si legat Theologiam moralem ut *ibid.* s. 7.

(1) Opera servilia diebus festis prohibentur, ne ruralibus quidem exceptis. Conceduntur tamen si urgeat vera, & non affectata necessitas. Affectata illa dicitur, in qua opera, qua diebus præcedentibus fieri possent, ad diem festum transferrentur. Petenda est tamen a superiore facultas, si quid insorgat necessitati, nec vero facultatem dare so-

Ex Præbenda Theologici segreganda est tertia pars, ex cuius redditibus data proportione solvenda est sua portio Sacrilitæ Metropolitanæ, respondens diebus, quibus canonicus desitit suo muneri, *ibid.*

C A P U T I I.

De observantia Fæstorum.

**N**ota. Præceptum tertium Decalogi de sanctificatione Sabbati, est partim morale, partim ceremoniale, ut docet S. Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. ad 1. Morale, quatenus homo iure naturali tenetur aliquid vite sue tempus impendere cultui divino, ac rebus divinis. Ceremoniale, quantum ad designationem temporis, & secundum hæc rationem mutatum est ab Apostolis, a quibus sabbato substituta est dies Dominica, que est prima hebdomadæ, in memoriam Resurrectionis Christi, qui hæc die laboribus vite sue, Passionis, & ignominia mortis gloriosus requievit. Item aliquot festorum observatio ab Ecclesia præcipitur in memoriam beneficiorum Dei, & in honorem Sanctorum, in quorum sanctitate & victoria ac mercede, Dei bonitas, potentia ac liberalitas laudatur, & ad quorum imitationem fideles excitantur. Quibus quidem diebus Festis Ecclesia præcipit eundem cultum qui diebus Dominicis præcipitur; in hoc enim consistit festivitas diei, & constat ex sensu & praxi Ecclesie.

Præceptum autem de sanctificatione Fæstorum per se omnes sub mortali obligare constat, rum ex consensu Doctorum & fidelium, tum quia eius materia est gravis, & ad cultum Dei pertinet. Hinc Innoc. XI. damnavit hæc propositionem: *Præceptum servandi festa non obligat sub mortali, sepeo scandalo, si abste contemptus.*

Quæst. 1. *Quanam opera sunt vetita diebus festis?*

**R**esp. 1. Prohibentur omnia opera servilia, exceptis illis, que iure aut consuetudine legitime sunt permittita, ut coquere cibos, aut alla id genus ob necessitatem, c. 3. *de Feriis*. Opera autem servilia dicuntur opera corporalia, que ad necessitatem vel commodum corporis, aut aliquo ad cultum corporale, a servis aut mercenariis exerceri solent, videlicet omnia opera artium mechanicarum, & ruralia, ut fabricare, siere, arare &c. Quibus opponuntur opera liberalia, que ad animum excolendum spectant, i. deoque digna homine libero, ut legere, scribere, docere &c. Nullius spiritualis actus exercitium est contra observantiam Sabbati, *puta si quis doceat verbo vel scripto.* S. Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. ad 3. (1)

Porro quando opus est vere servile, non referturum fiat ex recreatione, an ex lucro; quia intentio operantis non mutat naturam operis. Deinde operari spe luci commune est omnibus. *Opera autem*

let Episcopi Parochis ruralibus in ordine ad opera agricola, qualia se habere oneratio plantarum, collectio frugum, & fructuum, herbarum scarræ, colligere sanum, quando periculum imminet vera tempestatibus, vel quando die sequenti transferenda sunt in Civitatem, nec possit id commode differri. *Lamberlinus Inst. Eccl. 55. s. 33.*

DE VIRTUTE RELIGIONIS.

tem in quantum sunt communia & serviti & laboris, servilia non dicantur. S. Th. *ibid.*

**N**ota. Venatio & piscatio sunt opera servilia (1). Nam sunt actiones corporales, per se & primario ordinatæ ad utilitatem corporis, & ad aliud opus corporum, scilicet ad captationem & occisionem ferarum, & piscium. Idem dic de opere pingendi, cum sit opus corporale immediate ordinatum ad artefactum sensibile assimilandum rei vere, foleatque a mercenariis, seu iis, qui lucrunt ex arte querunt, fieri. Er in Conc. Meldensi an. 845. expresse prohibentur piscaria & venatio. De piscatione constat ex cap. *de Feriis*, ubi specialiter sub certo onere conceditur facultas halecia piscandi necessitatem.

Scribere vero, & pulsare instrumenta musica, non sunt servilia: nam scripto ordinatur ad animum instruendum; cum sit quedam locutio permanens, ex se ordinata ad conceptus mentis declarandos, seu ad instruendum mentem propriam vel alienam: pulsatio autem instrumenti musici ordinatur ad delectationem animi. Idem multi dicunt de transcriptione, rum quia per se ordinatur ad mentem instruendam, & exprimendos animi conceptus, tum quia transcribere nil aliud est quam scribere, quod aliis vel ipse transcripsit permanens locutus est. Aliud est de impressione, nam que ad eam immediate accipitur per se concurrunt, ad instruendum mentem non deservit, sed ad efficiendum quoddam artefactum corporale esse sensibile.

Quamvis autem itineratio, si præcise consideretur, ut est processus ab uno loco ad alium, sive pedibus, sive equo aut rieda, non sit opus servile, cum hoc fit naturale, & commune omnibus; tamen servile est ducere iumentum, currum, aut navigium mercibus onustum: item imponere onera, ea tollere, & alia huiusmodi: quare non licet vectoribus iter die festo inchoare, quamvis continuatio itineris ante festum suscepti iis permittatur, vel ob publicam necessitatem, vel ob damnum quod patenterent ex mora.

**R**esp. 2. cap. 2. & ult. *de Feriis*, & Pii V. constit. *Cum Primum*. Vetita sunt insuper, 1. Opera iudicialia, seu forensia, que cum aliquo strepitu nuntiant hoc est actiones, que ad decisionem causarum spectant, ut reum citare, testes examinare, formare processum, exigere iuramentum iudiciale, exhibere instrumenta, proferre aut exequi sententiam &c. Hæc enim strepitum iudiciale continent. 2. Mercatus, nundinæ & celebratio contractuum; ita ut non liceat die festo negotiari etiam privatim, inbre contractus permutationis, emptionis, locationis &c. quia intelliguntur nomine mercatus; nisi ex consuetudine approbata aut ex iusta ac necessaria causa exculerent. Ratio prohibitionis horum operum est, quia animam multum distrabunt, & avocant a re-

(1) Piscatio inter opera servilia die festo vetita referenda est; si tamen necessitas urgeat piscandi, & quod festis aut diebus festis transiit piscium, quod elapsi temporis articulo piscatio eorum nulla foret, tunc pauperibus piscatoribus datum est, ut operi illi incumbere possint, dummodo id non præstent die Nativitatis Domini, Epiphania, Paschalis, Ascensionis, Pentecostes, & Corporis Christi, iuxta ac olim concessum fuit Trevirensibus ab

bus divinis, ad quas Festa desinantur, atque ut animus his expeditus possit die obsequio, & piis operibus vacare.

Violatio autem hujus prohibitionis est ex genere suo mortalis, cum pertinet ad religionem, & ordinatur ad finem gravissimum, qui est Dei cultus. Hinc est mortale duas horas five continenter, five interrupte laborare: nam est tempus notabile. Immo non pauci dicunt laborem unius horæ esse mortale, præsertim si opus sit valde servile & defatigans. Ita *Azor, Reginald. Bonacina, Grandin. &c.* Opus tamen servile potest esse veniale ex brevitate temporis. In Mercato vero, & præsertim in placito, materia quantitas non solum ex quantitate temporis, sed etiam ex qualitate operis desumitur. Sic brevis agitatio litis in re magni momenti, & prolatio sententiar, est gravis culpa.

**¶** Ad Mercatum Nundinalem quod attinet SS. M. Bened. XIV. duas constitutiones edidit. Priori, que incipit *Paterna Caritatis*, tom. 1. pag. 378. statuit, Senogallentium Nundinarum tempore abstinendum esse diebus Festis ab operibus servilibus; altera vero, que incipit *Ab eo tempore*, pag. 381. decernit.

Primo: *Mercatus, & Nundinæ festis diebus non licere. Nundinas autem intelligimus, que sunt ex locis majoribus, & semel in anno sunt, vel raro in eodem loco, & de longinquo ibidem conveniunt homines: Mercatus vero, qui sunt in rebus minoribus ad quotidianas necessitates pertinunt; ut sunt singulis septimanis, & ab hominibus de vicinioribus locis conveniunt. Verba sunt Venerab. Servi Dei Universi de Romanis, Quinzi Magistri Generalis Ordinis Prædicatorum, in egregio opere de eruditione Religiosorum Prædicatorum lib. 2. Tr. 2. n. 92. pag. 351. Editionis Romane. Id autem promittimus, non quia vendere, ac emere sit opus servile, ideoque vetitum diebus Festis: sed quia actiones huiusmodi impediunt, & distrabunt Christianos a cultu divino, ad quem Dies Festi sunt instituti.*

Secundo: *Antiquum proffesso esse abusum Mercatum, itemque Nundinarum isdem diebus.*

Tertio: *Ecclesiasticis legibus quovis tempore illas fuisse vetitas.*

Quarto: *Huiusmodi justas, sanctasque leges caruisse effectus.*

Quinto tandem: *Quia malum universale est, ac alte valde egit; est opus prudentia, & maturitate, ne frustra careat medicata: ac valuit excipere; quod possimus exigendum est, non quod optatum: Admonitionibus provide uti satis videtur, quam minus; & si minime quantitate intenterent, servendum est estatum monitum sapientissimum S. Augustini in Epist. 22. ad Aurelium Carthaginiensem Episc.*

Alexandro III. *Idem ibid. lib. 13. cap. 18. s. 10. Nov. Edit.*

Adde quod ait, non posse Molitores molitioni incumbere, etiamsi molendinum aqua, seu iumentis, suo vento rotatur: non possunt, inquam, seclusa consuetudine, vel necessitate, que necessitas, si adsit, in Diocesi Bononiensi facultas non a Parocho, sed a Curia Archiepiscopali conceditur. *Idem Inst. Eccl. 55. s. 37.*



Episcopum, qui agens de auferenda convivorum licentia totam partem Africae fide occupante sub iuranti obtemperandi Festa Sanctorum. *Martyrum scriptis*. Non aspicere, quantum existimo, non dixerit, non modo imperio illa tollendo, quam petendo, quam vobis, magis monendo, quam vitando, fide enim agendum est cum multitudine. Severitas autem excedenda est in peccata paucorum. Et si quid minatur, cum dolore fidei, de Scipuriis comminando vindictam futurorum: ne nos ipsi in nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur. Ita prius movebuntur spiritualis, vel peritumibus proximorum, quorum auctoritate, & lenissimis quidem, sed instantissimis admonitionibus cetera multitudo frangatur.

Circa finem vero: *Inter Nundinas, quae in Provincia nostris aguntur, illustrioris, ut bene notis, sunt Senogallenses praeterea multo diebus. Cum Anconitanam Ecclesiam Senogallensium finitimum regeremus, non sine maxore intelleximus, tempore Nundinarum ea omnia fieri Festo etiam die, quae aliis hebdomada diebus divino cultui non consecratis peragebantur. Illic malo occurrere satagentes, die 24. Augusti superioris anni Constitutionem nostram de Nundinis Senogallensibus publicavimus, quae praeter cetera iussimus, ut Diebus Festis Apostolica clauderentur, neque matutinis horis, aut vespertinis tempore, quibus Divina Officia in Ecclesia celebrantur, vel Dei verbum Populo nuntiatur, contractus serent. Minutim vero hac de causa secularibus negotiis tempus compensatur, Nundinarum dies, cum illisdem Periculis, & immunitatibus oportunitas multiplicatissimas. Executioni debite iussa nostrae hoc anno mandata, meliorem atque utiliorem verum ordinem pepererunt, magno omnium Civium, & bene moratorum hominum solatio.*

Id ipsum, Vener. Fratres, & vos agite. Congruente Auctoritate nostra, matutinas, & vespertinas horas, quibus Festo Dei, quo Nundinae habentur, claudi debeant Apostolice, ne publice possint exerceri commercia, ut qui ad Nundinas confuunt, Missae Sacrificii, & Divini Officii intersint, alisque Christianis operibus Festum sanctificent. Vigilate, ut omnia plene, & exacte implentur. Nos autem per publicum Edictum non pretermittimus extendere Nundinarum privilegia ad diem sequentem, qui Festus non erit, ut temporaria negotia paucorum horarum spatio, propter Dei cultum, & animarum salutem interserjia, integri dies accessione commode peragantur.

Resp. 3. Chores, lationes, & theatrici ludis praesertim felix damnantur a SS. Patribus, & prohibentur a multis Conciliis. Tum quia retrahunt a divino cultu, & piis operibus, quibus dies festi specialiter destinati sunt: tum quia sunt ordinarie caudii, nam in choreis ex mutuo aspectu, colloquio, sibi invicem placendi desiderio valde conuenerunt concepitentia ad libidinem, exultantur turpes cogitationes, & cupiditates, veteraeque delectationes, & excitatae facile admittuntur. Item a multis Episcopis, & Peneipibus merito vitatum est, ne capientes vel alii tempore divini officii & concionis loci ioculis ad potandum vel ludendum recipiant. Hoc

quo per se malum est, cum sit cooperari violationi Festorum, ac scandalo, & praebere facultatem peccandi.

Inverecunda spectacula festis potissimum diebus frequentari solita idem SS. Patres legentium Constitutione prohibuit: quam integram referendum duximus, quod ea explicetur ac confirmetur Auth. doctrina.

Nihil profecto Nobis ad vigilias Dominici Gregis afflictae excohibitionis accedere potuit acerbis, ne hisque quod minus hac tempestate opus fuerit, quam ut deformeret, & inverecundam Librorum mores, a quibus Christiani hominis pudor, & modestia semper abhorruit, denovo ipse incedit, ut ac veluti pphimio restituit. Quamvis enim nimis Nos lateat, sceleratos olim Lupercalia admissis, sive circa Fasano, vel Pontem per ludam, atque lasciviam perfolventes nudos illic per Urbem discursisse, Sanctorum Pontificem Gelasium Praedecessorem nostrum tanta commotum impudencia, ac obscenam morem execrantem, litteras dedisse Andronico Senatori, Populoque Romano acri infari turis afferenti. Nihil tamen minus memorie proditum est, quinto post Christum saeculo exente, Theodorico Italiane Rege, & Anastasio Orientis Imperatore, pestem illam penitus fuisse sublatam, & extinctam. Nunc vero multorum relata, (quod dolenter diximus) certisque iudicis admonerit: profanum morem, perpetua involvendum caligine, & tenebris antiquitatis rursus emergere, ac in nostris Diocesis fide vocari, cum ad Sanctorum Patronorum Festa sollempniter recolenda, Praeter, ac interdum etiam Adolescentes, cursu in spem Bravis nudicendere iubeantur, maxima utriusque sexus, ac omnium aetatum spectante frequentia. Quae quidem spectacula eo nequitie magis, ac improbitatis praesertim, quo magis, non impuro aliquid, ut antea, Nominis, sed pie, castique Sanctorum memoria nuncupantur.

Quae igitur corporis nuditate impudenter habita sunt apud veteres Lupercalia, eadem Festi Christianorum dies ipse celebrantur: nec minus intus in illis verendum iusta est, quam in his hodie morum honestas habet derivimus. Dies Festi non ad id instituti sunt, ut Christiani Paucis epulis, abietatibus, ludis, spectaculis, alioque id genus licentia libere uterent, sed ut Fidelis in precibus, divinisque laudibus frequentia, & assidua sint, ut Ecclesiae intersint, & Sacramenta ad animae vulnerum curatiorem instituta adhibeant, seduleque se exortant in his operibus, quae veram pietatem continent, & ut demum Sancto una cum Christo Regnantes, tamquam Patronos, congruis officiis, & honoribus progrediamur.

6. 2. Dedecet praeterea membrorum nuditas, neque ita decet, ut veteris Ecclesiasticae Disciplina Salvatoris Imagines nudas penitus corpore inarabulis, vel Simularis expressis. Et quomodo nudo corpore Christum Crucis sacrificium, & illorum temporum mores, & gravium Scripturarum auctoritas suadeant: adhuc Christianorum Pietas a tali spectaculo semper abhorruit. Athletarum pugnae, in litteris consignatae est in studio apud Graecos, in Circo apud Romanos usui fuerit, atque illis Discipulo, Lucta, & Cesta ferens ceterarum est, aequae veterum septantur Monumenta, interdum nudis, in

perdem etiam fuscata telli homines dimittant. In vestris igitur Diocesis, Venerabiles Fratres, non nihil praefatae licentiae adhuc remanet: & cum in Plateis seminariis his lustrationibus vacent homines: tumque ex inauspiciis sapientis, sepius vero ex violento motu nudipennis circumagantur: facile quisque concoscere poterit, quam abominum, & indecorum sit his ludis adium non intercludere.

3. Quapropter ne iniuncto Nobis Apostolica servitutis officio desse videamur, districte per haec scripta mandamus, ut turpes, & obscenae huiusmodi exercitationes, Praetorum, & Adolescentium nudorum cursus, Inaeque quocumque nomine, vel occasione exhibenda, a vestris Diocesis eliminentur. Et quia inobediencia delictum, mixti, ut a sunt, Fori videlicet potestis carabimus diligenter, ne si qui legum vestrarum rationi fuerint refragati in eos, etiam qui nostro nomine Civitatibus temporariter praesunt, vigile, & condigne animadvertant: sique fors sperantur, in feda haec corruptela, utroque percussa gladio, radicibus evellatur.

4. Verum quia impietatis etiam Causis Vindictas non desunt, & persequaces assertores: si qui forte sint, qui impudenter exprobrant, huiusmodi ludis Pontificum Antecessorum tolerantiam, ac diciturum aju involuntis, hi probe stant, nullum ex temporis lapsu deploratae cause comparari praesidium. Et ne longe a vestris Diocesis perantur exempla, in memoria revocent, Chores etiam quaedam multorum, & vitiorum publico eo die haberi solitas: quo S. Nihil Pontif. & Marr. Alaricina Civitatis Patroni memoria recolebatur, iussu Episcopi praedice veritas fuisse. Et eandem Episcopi, licet acri calamo Romane Curiae Advocatorum impetratum, die 2. Aprilis 1695. a Congreg. Negotii Episcoporum, & Regularium proposita, strenue fuisse propagatum. Ceterum cum Sancto etiam Gelasio obiterem, antiquis iuris fuisse Lupercalia, Scorum Pontifex consuetudinem iudori inimitum, & honestati detrahentem reprobravit, rursus Praedecessorum sanctorum leges saluberrimas institutas non desuisse, sed hominum fraudes, & malitia leges ipsas fuisse contempsas.

5. Quomodo autem itaque Nos de perpetua Praedecessorum nostrorum vigilantia egregie, ut par est, sentimus, & abominum non illorum incuria, sed subditorum inobediencia animis deferendum: sic a vobis praesertim Ecclesiarum vestrarum Antistites a quavis negligentia nota vindicentur. Quamvis Dei

horem, Sanctorum cultum, & animarum salute rem factis, Venerabiles Fratres, vos hortamur, & obsecramus, ut corrupti huiusmodi mores, specie quadam laetitia investiti, reformetur: atque crediti vobis oves ab impuro, prophanoque Ritui delinamet, ad piam, & fructuosam festo dies celebrandam rationem iradantur. Nos invertea in optati ex venus auspicio, Apostolicum Benedictionem ex animo Vobis impertimur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem die 12. Aug. 1722. Pontificatus Nostri Anno Secundo. (1)

Quest. II. Quoniam causae excoiant ab obligatione omnium opus servile, vel forensis, aut contrarium?

Resp. Sequentes. 1. Necessitas propria vel aliena, spiritualis vel corporalis, quae preventi non potuit, ut cum sine gravi damno opus aliquod omitti aut differri nequit. Ex Matt. 12. & cap. ult. de Ferris. Sic excoiantur, 1. Pauperes clam die festo sine scandalo laborantes, audito officio, quando aliter se & familiam sustentare nequeant. 2. Famuli & ancillae iusti dominorum laborantes, si committere non possint sine gravi damno, nec ad id cogantur in contemptum legis, vel religionis. Si tamen id frequenter contingat, eos deserere debent, ut monet Suarez. 3. Insultatores pontium, fontium, viarum publicarum, & similium, si sine gravi iactura boni communis differri opus nequeat. 4. Ruri laborantes ad vineam imminens damnum, ut si ob pluviam imminuentem, viticuli vel fegetes colligant, velantur. Sed in his casibus petenda est licentia ab Episcopo, vel Parocho, iuxta consuetudinem, quando potest adiri: nisi quis facile hoc in re discipulari, & singat necessitatem, nisi non est, praesertim si labor publicus, ut scandalo vitetur. Quamvis autem multi excoiant forenses, periclitum diebus festis, quando urget earum usus ob celebratum exequium, aut nuptiarum, ceterae perant in eis eam necessitatem sua culpa se conserit, ut non raro accidit.

2. Pietas in Deum, per quam licet opera ad Dei cultum proxime pertinentia, ut altare influere, templa orare &c. Ita Carech. Rom. Ideo Christus, Matt. 23 dicit sacerdotis in templo sabbatum violare, & sine crimine esse. Non licet tamen vertere templa die festo, nec parietes eorum orare periformitatem, quando pridie commode fieri potest. Alias dicunt esse veniale. Neque licet ea, quae ad Dei

(1) Apostolicis duobus Constitutionibus haecenus recitatis ad duas praefatas eiusdem Bened. XIV. Ess. Eccl. (42. & 64.) nec non alia, quae de Festorum observantia in Opere de Syn. (lib. 13. cap. 16. n. 7. cap. 16. nu. 10. & sequ. usq. ad fin.) promota occasione cursum tradidit. Multa quoque de Festis a Seraphico Doctore (in 3. sem. disp. 36. dub. 2. in Spec. Anim. cap. 2. in ser. 4. de decem Precept. & alibi) exarata reperire est. Angelicus similiter variis in locis (in 3. sem. disp. 7. qu. 1. art. 1. in 2. qu. 1. art. 1. in Opere de decem Precept. & de s. proc.) de iisdem differuit. Adde quae idem Benediculus XIV. scripsit quoad Chores Instit. Eccl. 24. 15. nimirum quomodo ex sui natura li-

cite videamur, vis tamen in actu, quomodo nunc sunt, permitti possunt, cum perierunt sint peccandi occasio. *Aut insuper ibidem 6. 7. Theologos asserere a Clericis chores non sine peccato gravi agi posse: & 8. prohiberi posse ab Episcopi Clericis omnes, ne chores ducant, ne in illis iudant instrumentis, quin nec permittant eas fieri in suis adibus Ecclesiasticis, Canonicalibus, Parochialibus, seu etiam Beneficialibus deputatis pro domicilio Beneficentiae, etiam illi ferere nomine consanguineorum illorum cohabitantium, quae verba sunt Decr. Sac. Congr. ibidem relata.*



Dei cultum remote spectant, ut conficere ornamenta etiam gratis, construere templum &c.

3. Caritas erga proximum. Sic licet parare medicamenta infirmis tunc egentibus, non tamen pauperibus danda per anni cursum, saltem si hoc fieri possit alio tempore. Nam ex Matth. 13. licet die sabbati beneficium proximo indigenti. Cum enim caritas sit finis preceptorum, nulla debent esse exercitium impedit. Præterea tenetur diligere proximum sicut nos ipsos: si ergo debet diligere proximum sicut nos ipsos: etiam licet ob propriam necessitatem licet; etiam licet ob necessitatem proximi.

4. Consiuetudo ab Episcopo permilla. Sic venatio & piscatio moderata ex recreationis causa extra officia divina, nec sunt emptiores causa extrarum parvi momenti, præsertim ad venditiones reedificandiarum, clausa officina quotidiana licet permilla. Item excusantur, dicuntur in variis locis permilla. Item excusantur, dicuntur in variis locis permilla. Item excusantur, dicuntur in variis locis permilla. Item excusantur, dicuntur in variis locis permilla.

5. Dispensatio legitima Papæ vel Episcopi, vel etiam Parochi ex consuetudine ob gravem & iustam causam, quando non datur facilis accessus ad Episcopum.

Quæst. III. An per quodvis morale peccatum graviter violatur hoc præceptum, ita ut circumstantia festi addat novam speciem malitie mortalis contra religionem, in confessione exprimendam?

Resp. Multi negant. Quia, 1. Peccatum non est opus servile proprie, sed solum metaphorice: nam non est opus proprium fervorum, sed commune omnibus etiam nobilibus; verba autem præcepti sunt proprie accipienda. Hoc repugnat præcepti & persuasioni fidelium ac confessoriarum: nam nec penitentes hanc circumstantiam confiteri solent, nec de ea interrogari. Fatentur quidem peccatum esse magis contra finem præcepti, tempore cultum Dei in genere, quam sit opus servile, sicutque explicant textus Patrum obijci solites. At negant esse contra substantiam præcepti prohibentis opus servilia, & cultum illum specialem, qui tunc præcipitur per abstinentiam ab opere servili. Jam vero, loquuntur, finis præcepti non semper est præceptum. Item fatentur quod circumstantia illa diei sacre per se addat malitiam venialem.

Alii affirmant, & probant. 1. Ex S. Aug. serm. 22. Ille vero observat sabbatum, qui non peccat. Ita enim præcipitur: Omne opus servile non facitis. Omnis qui facit peccatum, servus est peccati. Ex S. Greg. Nyssen. hom. 7. in Eccl. Quærendum est ergo quid sibi velit præceptum otii sabbati? ... nisi agamus illorum, quorum opus est vestium. Ex S. Thom. qui 2. 2. q. 122. art. 4. ad 3. dicit expresse, peccata contrariari observantie sabbati, & magis agere contra hoc præceptum qui peccat mor-

(a) In Diocesi, ubi adeo consuetudo exercendi artem barbitoniarum, etiam die festo, permitti potest; sed tantummodo deponitis diebus, non vero

taliter, quam qui laborat. Et ex S. Anton. par. 1. tit. 14. cap. 4. 5. ubi: Talis circumstantia, sollicitet in die festo, irabatur peccatum in aliam speciem.

Nam fornicans in festo, facit contra duo præcepta, scilicet: Non machaberis, & illud de sanctificatione sabbati. 2. Ex c. 2. de Feriis. Omnes dies Dominicos cum omni veneratione decernimus observari, & ab omni illicito opere abstinere. Et ex can. 1. dist. 3. ex lib. de vera & falsa penit. Consideret qualiter criminis in loco, in tempore: oportet enim penitere fornicationem ... Si in loco sacro ... Si in tempore orationis constituto, aut sacrificante Sanctorum ... Omnis ista varietas confidenda est & detestanda. 3. Quia omne opus servile prohibetur. Peccatum autem est opus maxime servile, iuxta illud Joan. 8. Qui facit peccatum, servus est peccati. 4. Dies festi sunt tempus ab Ecclesia determinatum ad implendum præceptum divinum naturale, præsertim, ut homo sepe Deum colat, & ad hoc se liberum ac expeditum præstet, vitando scilicet ea, quæ eum impediunt a divino servitio, quale est omne opus servile, & præsertim peccatum quod magis servitium Dei impedit, quam opus manuale. Quod si penitentes hanc circumstantiam non contrahant, dicunt hoc promovere ex defectu instructionis.

Alii vero, quibus assentior, distinguunt, & docent peccata, quæ includunt oppositionem specialem, vel affirmant impedimentum sanctificationis florum, ut cum reddunt hominem inopacem applicationis ad divina, ut ebrietas, quæ longo tempore privat potestate proxima vacandi rebus divinis; item seditio etc. prohiberi hoc præcepto, & contrahere malitiam mortalem contra religionem, secus de aliis. Patres autem supra citati videntur posse intelligi de sine præcepti, vel de sensu ejus mystico. (Vid. N. 192.)

Quæst. IV. Quænam opera diebus festis exercenda sunt?

Resp. 1. Generatim opera religionis, pietatis & caritatis, ut sunt interesse officii divini, Missæ, & Vespers, orare, pie meditari, libros spirituales legere, audire conciones, sacramenta suscipere, vitare inirmos & carere detentos &c.

Prob. 1. Ex Deut. 5. Observa diem Sabbati, ut sanctifices eum. Hoc verbo (inquit Catech. Rom.) understanditur sabbati diem religiosum esse divinisque actionibus, & sancti rerum officii conservandum. Itaque diem sabbati cum plene & perfecte celebramus, cum pietatis & religionis officia Deo præstantur. Dies autem Dominica substituta est ab Apostolis sabbato, cum obligatione eam sanctificandam, ac colendi Deum, & Ecclesiam alios factos dies eadem obligatione instituit. Ex S. Greg. lib. 11. epist. 3. ubi ait: Dominico die a labore terreno cessandum est, argue omni modo orationibus intendendum. Et ex Nicolao. ad consil. Bulg. cap. 11. Idcirco in diebus festis ab opere mundano cessandum est, ut liberius ad Ecclesiam ire, psalmis & hymnis insistere, orationi vacare, oblationes offerre, memoriis Sanctorum communicare, ad imitationem

omnibus. Infit. Eccl. 43. per totum. Opus est tantum servile, nec nisi ex caritative tolerandum.

eorum affurgere, alogais divinis intendere; elemosinas indigentibus ministrare valeat Christianus. Et Cont. 3. Pil. V. Assurgitur canonum statuta renovantur, mandamus, ut omnes in diebus presertim (festis) Ecclesiam frequentent, divinis officiis devote intendant, ab omni illicito & servili opere abstinant, mercatus non fiant, profana negotiationes, & judiciorum strepitus consequantur. 3. Ex multis Conciliis præcipitur ut fideles doceantur diebus festis, qui Dei cultu dicantur, vacantur esse divinis officiis, concionis, & piis operibus. Et ex Catech. Rom. ubi ait: Parochus diligenter doceat quibus in operibus & actionibus Christiani diebus festis exercere se debeant: nam varia opera religionis & caritatis supra dicta recenset. 4. Quia solidus dies sanctificandus est, & Deo contendantur, ergo non solum matutinis, sed etiam pomeridianis horis Deo vacandum est. Debet ergo die festo inhiis operibus spiritualibus orationis, meditationis, auditionis divinarum, lectionis, & elemosinæ, & humilitatis, ait S. Antonin. par. 2. tit. 9. cap. 7. 8. 9. addens quod abstinere quidem ab opere servili, & Missam audire fit in præcepto obligare sub mortali, non tamen vacare Deo pro majore parte diei: quamvis non sit vacare peccatum sit, scilicet veniale. Quare Rituale Tulense docet, fideles non possint legitima exultatione abesse a Vespers. Invenire poterunt tempus sanctificari debet per illorum auditum; ideo enim ubique sollemniter diebus festis canuntur, & ad illas populus convocatur.

Resp. 2. Spectat omnes fideles usu rationis præditi tenentur sub mortali audire Missam, ut constat ex sensu & praxi Ecclesie, & ex variis Conciliis. Immo omnes iure divino & naturali, supposita indictione hujus unius Sacrificii, tenentur sepe in vita interesse Missæ Sacrificio; quia iure naturali tenentur Deo supremum cultum internum & externum sepe exhibere per Sacrificium ab ipso institutum. Unde Ecclesia solum determinavit tempus, & addidit aliquas preces ac ceremonias sacras, ut digne ac devote celebretur.

Quæst. V. Quænam requiruntur ad implendum præceptum auditionis Missæ?

Resp. Sequentia. 1. Ut audiat Missa integra. Constat tum ex sensu & praxi Ecclesie, tum ex c. 63. de consec. dist. 1. ubi: Missæ die Dominico secularibus totas audire specialis ordine præcipitur; ita ut sine benedictionem Sacerdotis egredi populus non presumat. Hæc obligatio est sub mortali culpa, ut constat ex fidelium & Ecclesie consuetudine, nam materia ejus est ex suo genere gravis, & ad virtutem religionis gravissimam & ad supremum Dei cultum pertinet.

Hæc autem canon Concilii Agathensis ab universali Ecclesia receptus est, & ejus legem ac consuetudinem continet. Die autem Dominica ceteri dies festi parvi ratione comprehenduntur, cum æque sint divini cultus adhibiti. Porro ibi fit mentio secularium fed ampliative, non exclusive, & sibi intelligitur vox etiam, & Ecclesie sensus ad omnes extendit, ex cap. Omnes, ead. dist. Hinc juxta omnes, mortale est sine justa causa excusante omittere partem Missæ notabilem, ut tertiam: veniale vero si pars exigua sine causa omittatur. Nam præcipitur auditio Missæ non solum quoad sacrificium, fed etiam quoad totam liturgiam, scilicet, preces, lectiones,

actiones & ceremonias sacras, quæ in ea sunt. Unde cap. Omnes fideles de cons. dist. 1. dicitur: Qui autem non perseverant in oratione usque dum Missa peragatur ... convenit communionem privari.

Porro iuxta multos peccat culpa venialis, qui ab initio Epistola audivit ac suam Missam interfert, quia potuit partem omniam non esse notabilem. At ex communi sententia omnino initii Missæ, & aliorum usque ad Evangelium inclusive, immo secundum multos etiam exultatione, fed mortalis; quia hæc pars omittit notabilis est respectu Missæ. Immo fed mortale abesse solo tempore consecrationis: nam fed pars maxime notabilis & principalis, cum in ea consistat essentia Sacrificii, & Ecclesia præcipiat Missam principaliter quoad sacrificium. Tunc sunt Missæ, quando materia offeruntur, & corpus vel sanguis Domini consecratur, ait S. Casarius. Idem dicitur alicui de communionem Sacerdotis; quia vel fed essentialis pars Sacrificii, vel saltem fed de illius integritate, & complemento substantiali, ac proinde fed pars notabilis: pars enim notabilis estimari debet non solum ex duritate, fed etiam ex dignitate operis; nec leve censeri debet abesse ab essentia, vel integritate ac complemento Sacrificii; cui toti interesse tenentur. Hinc qui potest solum interesse consecrationi, & non relique parti Missæ, ad id tenentur: nam illa pars est principalis, & continet essentiam Sacrificii, nec principale sequitur accessorium. Delugo.

Ceterum tota Missa ejusdem Sacerdotis audienda est, ut constat ex sensu & praxi Ecclesie. Quare non satisfacit, qui plures partes simul a diversis audit: nam Ecclesia præcipit, ut audiat Sacram per modum totius successivi, cum revera tale fit: nam Missa fed totum ex partibus successivis coalescens, & Innocentius XI. damnavit hanc propositionem: Satisfacit præcepto Missæ de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, immo quatuor simul a diversis celebrantibus audit. Neque etiam satisfacit, qui duas partes a duobus Sacerdotibus successivè audit, quia partes diversarum Missarum non faciunt unam Missam integram, cum ad fed invicem non ordinantur, nec communicantur inter se, sed disjuncte maneant, & sint partes diversarum Missarum non constituentes unam in ratione Sacrificii vel actionis sacre. At præcipitur auditio Missæ integræ. Delugo ex aliis.

2. Requiritur intentio audiendi Sacram tanquam adionem sacram, qua Deo supremum cultus deferuntur, & que fit saltem implicita ac virtualiter intentione offerendi per Sacerdotem & cum Sacerdote illud sacrificium, seu communicandi sua assuetitia oblationi, Sacrificii, orationibus, & aliis actionibus sacris. Nam per illam intentionem auditio Missæ debet determinari ex parte audientis ad eum religionis, & cultum supremum, alioqui auditio non esset religiosa, qualis præcipitur; si enim quis interesset Sacro ex mera curiositate spectandi, non faceret actum religionis, nec servaret præceptum.

3. Requiritur præsentia corporis humana; ut patet ex verbo Audiendi; & ex sensu ac usu Ecclesie: nam ideo necesse fed adire locum, in quo Missa celebratur. Sufficit tamen, si quis ex figuris quibusdam colligere possit quid a sacrificante agatur, spectata loca notata, sicut per morealem conjunctionem pars ejus multitudinis, que dicitur præfatus, & est in conspectu altaris. Hinc sufficit Sacrum



erum audire ex quovis tempore loco, ex quo possit scire medianibus aliis percipere quid geratur, immo ex gradibus vestibus, si propior accessus sit impeditus, quamvis per accidens sacrificium non videatur nec audiat.

4. Requiritur moralis ac pia presentia, ita ut quis sit non solum corpore presentis, sed etiam animo pie intentus in res divinas, seu in Deum ipsum per presens, oblationes sacrificii, laudem, amorem, &c. Nam precipitur auditio Missae religiosa, quia Deus colatur. At Deus non colitur vest sine attentione; non Deum in spiritu & veritate oportet adorare, Joan. 4. Quare Conc. Trid. sess. 22. non permittit Sacrum fieri in privatis domibus, nisi prius qui intersit, deceter compositio corporis habitus declaraverit se mente etiam, ac devoto cordis affectu non solum corpore adesse. Et Clerus Gallic. ann. 1700. damnavit hanc propositionem; Ecclesie precepto (audiendi Missam) satisfieri per reverentiam exteriorem, animo licet voluntarie in absentia, immo in prava cogitatione desit.

Hinc qui per notabilem Missam parvam confabulatur, vel dormit, vel res alias fixe considerat, vel voluntarie distrahatur, peccat mortaliter, nisi aliam postea Missam audiat firmiter. Satisfaciunt tamen qui quocumque modo ministrant Sacro, etiam occupentur quarendis & sacrificia necessariis, v.g. vino, thure, &c. Quia haec ordinantur ad Missam, & sunt in loco, qui communicant templo, unde non casentur moraliter abesse. Item satisfaciunt, qui occupantur pulsandis organis, vel solibus atollendis, quia haec ordinantur ad sollempnitatem officii, nec tollunt advertentiam ad ea, quae in ara geruntur; qui vero notabili tempore Missae consistunt, non satisfaciunt precepto: nam caret attentione ad Missam requirita, videlicet attentione ad Deum, divinae mysteria, qualis esse nequit in narrandis, & investigandis peccatis, eorumque circumstantiis, & in colloquio cum Confessario. Ita Suarez, De Voto, Act. 6.

Nota 1. Communicari docent non esse iure communi obligationem audiendi, nisi facienti tria Sacra dei natali Christi, neque audiendi Sacrum, scilicet quinta, & Sabbato, aut officium feria sexta maioris hebdomadae.

Nota 2. Circa parochias (1) frequentationem haec habet Concil. Trid. sess. 22. Monachi (Episcopi) populum, ut frequentet ad suas parochias, saltem diebus Dominicis, & maioribus festis, accedant. Et sess. 24. c. 4. Monach Episcopus populum diligenter teneri unumquemque parochiae suae interesse, ubi commode id fieri potest, ad audiendum verbum Dei. Clerus vero Gallic. ann. 1700. damnavit hanc propositionem: Nullus in foro conscientiae parochiae suae interesse tenetur.

Nota 3. Alexander VII. anno 1669. 30. Jan. damnavit propositiones quae sequuntur: Nullus in foro conscientiae Parochiae suae interesse tenetur, nec ad annum Confessionem, nec ad Missam parochiales

(1) Epi superiori aetate acris exiitioris contentio profervit inter Parochos, & regulares Mendicantes, nam Fideles tentantur diebus festis Parochialis Missae interesse, sicuti prioribus Ecclesiae seculi consistit iuris obligatos, tamen eisdem minime tenentur.

nec ad audiendum verbum Dei, divinae legem, & fidei rudimenta, morum doctrinam, quae tui in Catechesibus annuntiantur, & docentur.

Talem legem in hac materia neque Episcopi, neque Concilia Provinciarum, vel Nationum sancire, neque delinquentes aliquibus poenis, aut Ecclesiasticis censuris multare possunt.

Quaest. VI. Quamvis excusatus ad audiendum Sacrum?

Resp. Excusatur, 1. Impotentia non solum physica, sed etiam moralis, quando scilicet auditui non potest sine gravi damno, scandalo, vel periculo: ut constat ex communi interpretatione, & consuetudine. Hinc excusatur infirmus, quibus graviter obest foras proire. Qui tamen ex communi privilegio possunt audire, vel celebrare in oratorio domus lae, ad id tenentur. Nam non habent moralem impotentiam; & praecipuis aliquid, simul praecipit omnia media ad illud necessaria tum ordinaria, tum extraordinaria, sicut non valde diffidilia: Ita DeLugo. Nec universim verum est, neminem teneri uti privilegio; tenens enim uti quovis eius usus est necessarius ad servandum aliquod preceptum, quod per talem usum fit moraliter possibile.

2. Caritas, ut si infirmus creat presentia aliterius. Nam (ut docet S. Bern. in I. de praecip. & disp.) quod propter caritatem introduci potest, non obligat eum ejusdem caritatis dispendio.

CAPUT III.

de Voto.

Quaest. I. Quid est votum?

Resp. Est promissio deliberata facta Deo de bono meliori, & possibili. Dixi, Deo facta, nam votum est actus laevae soli Deo debitus in testimonium supremae excellentiae illius ut auctoris bonorum omnium, vel in signum gratitudinis debite primo ac supremo Benefactori. S. Th. 2. 2. q. 88. tr. 5. art. 5. ad 3. ubi ait, Votum factum Sanctis sic intelligendum est, ut ipsa promissio facta Sanctis vel Praelatis, cadat sub Voto materialiter; in quantum scilicet homo vovet Deo se impleturum quod Sanctis vel Praelatis promittit. Quare promissio facta Sanctis est solum materia Voti; & ut fit proprie Votum, debet ei adjuungi tacite vel expresse alia promissio, quae promittitur Deo, non id facturos, quod promittimus Sanctis: aliqui promissio perierit solum ad dulum.

Quaest. II. Quamvis requiruntur ad valorem Voti?

Resp. Ex communi, sequentia. 1. Volitio fit obligandi: nam nemo sponte suscipit obligationem sine voluntate fit obligandi. Neque enim ad Votum sufficit propositum quamvis firmum, ex c. 3. de Voto, ubi dicitur, in metu mortis proponens animo, quod Religiosis habitum esse aliquando susceperunt, si plus non est in Voto profectum, transgressorem iudicari non posse, si non impletur.

2. Nemo novimus ex Deud. XIV. Eundem pariter sensu (Inp. Eccl. 24.) ut intelligatur, non ante Parochiale Sacrum possum in ritualibus Oratorij Societatis, adificatis in solo publico, Missae celebrari necne?

placit quod dixit. Nam propositum est simplex voluntas faciendi vel omittendi aliquid, promissio vero lapidatam voluntatem fit obligandi alteri. At ex eo quod voluntas proponat aliquid, non hoc ipso valeat fit obligatio, nec obligatur. Sufficit autem in tanto virtutis & implicita fit obligandi, ut cum quis votum votum obligare, deliberate vovet, quamvis de hoc obligatione actu non cogitet; vel ignorans voti naturam, vult tamen votum facere propter in se est, ut solum est fieri, seu facere quod alii faciunt, dum vovetur, non tunc virtualiter & implicita fit obligatio vult. Idem dic de eo, qui recipit Ordinem sacrum, ignorans illi annexum esse votum castitatis; nam qui vult statum aliquem, vult virtualiter & implicite oneri illi statui adnexa. Neque requiritur ut dicat expresse, Promitto, voveo, me obligo &c. Sed satis est, quod hoc dicatur aequivalenter & implicite, etiam interior. Ut si dicatur intentione fit obligandi: Domine, reddet tibi sanitatem, & vivam castitatem; vel, Si convalesco, dabo talem Eleemosynam. Et contra verbum Promitto nisi audit intentio vovendi, significat simplex propositum, ut patet in actu contritionis, quo aliqui promittunt dogam peccati, nec tamen vovent.

II. Advertentia & deliberatio, qualis sufficit ad culpam mortalem directe voluntarium. Quia votum est actus simpliciter humanus, in se liber, tamquam in hominis arbitrio de se relictus, ex cap. 6. de Voto, ubi dicitur: quod universis liberum sit arbitrium in vovendo. Praeterea nemo tenetur sibi obligationem ex genere suo gravem imponere, nisi ple-nam advertat quid agat. Quare si quis ex subreptio-ni motu, lingua mentem preveniente dicit: Voveo, non obligatur.

Talis autem deliberatio sufficit ad Votum; nam deliberatio, quae sufficit ad ligandum de reatu aeternae damnationis, sufficit etiam ad se ligandum Deo vinculo promissionis.

Item valet votum temperate & imprudenter, immo & illicite, puta cum inanem gloriam factum, modo finis malus non redundet in ipsam materiam. Nam ad valorem Voti sufficit ut sit de re meliori & possibili, & fiat cum sufficienti cognitione ac libertate. Hinc patet, omnes & solos rationis usu praeditos, & sufficientis deliberationis capaces, posse vovere in materia sibi licita, ex c. 2. de Voto.

III. Requiritur ut promissio fit voluntaria. Nam Votum est actus moralis ac liber, quo Deus colitur. Quare nullum est Votum factum ex errore circa promissio fiduciantiam; cum talis error impediat, ne obijctum sit cognitum, ac proinde ne voluntarium. Idem dic de Voto simpliciter facto ex errore circa causam finalem: quia tenetur factum sub tacita conditione, si causa finalis subsistat, & quia subdito motivo volendi non est volitio. Hinc fit voveri jesuitum pro salute patris, quem filio parabat, errorat, non valet Votum. At valet Votum, si error fit duntaxat circa aliquam circumstantiam non mutantem notabilem rem promissam; ut si voveris castitatem, falli putas esse servatam scilicet; vel circa causam solum implendam, ut si voveris dare eleemosynam Petro pauperi pro aliis, quia falso putas esse piam. Nam talis error non impedit consentium absolutum circa substantialem, ob votum sollemne non irritatur vel solum circa motivum extrinsecum: tum quia per illam non irritatur.

Antoine T. boel. Moral. Tom. II. P. I.

tatum matrimonium carnale, ergo nec spiritualecum Christo; tum quia qui statum aliquem assumit, censetur veli absolute illum assumere, etiam si recedat error vel dolus, quod non fit circa substantialem.

Item secundum communiem sententiam, metus gravis iniuste incussus ad extorquendum Votum, irritat quodvis Votum, vel iure naturali, & eo quod Deus non accipit Vota iniuste extorta; cum nemo probus promissionem sibi tali modo factam acciperet; & ne det occasionem iniustae conditioni: vel saltem iure canonico, ex c. 1. De iure qua. vi. &c. Nam licet ibi agatur solum de susceptione & professione Religiosis, tamen sic receptum est, ut etiam extoratur ad Votum simplex: ita ut saltem uti & conditione Vota quaelibet ex metu gravi facta, irrita sint. Sed quia hoc non est omnino certum de Votis simplicibus, nam Suarez & alii dissentunt: ideo in praxi utitur pars est, vel Votum servare, vel petere dispensationem. Porro certum est valere Votum etiam sollemne, factum ex metu sponte suscepto, ut naufragii, mortis, poenae aeternae &c. c. 17. de Regal. vel ex metu iniuste incusso: quia tunc Votum est simpliciter voluntarium & nulla intervenit iniuria. Valet etiam quodvis Votum ex metu licito, etiam iniuste incusso, quod non irritatur ab Ecclesia, & est sufficienter voluntarium, si bene vovens impetare debet quod tali metu cessat.

IV. Ut fit de meliori bono, id est de eo, quod omnibus spectatis ad salutem utilitatis & Deo gratius est, quam directe voluntarium. Quia votum debet esse gratum Deo, cum fit aliquid quo colitur, & quia promissio seu pollicitatio alteri obata non parit obligationem, nisi ab eo accipietur; ut non potest Deo placere, nec ab eo acceptari voluntas fit obligans ad relinquendum id quod melius est & ipsi gratius. Immo hoc est illicitum, & contra reverentiam Deo debitam, quia offertur tibi aliquid, quod tibi placere nequit: quod est illi quodam modo illudere, nisi ignorantia excusetur.

Hinc invalidum est Votum, 1. De Matrimonio contractando, quia melior est Celibatus. Si tamen matrimonium iudicaretur remedium voventi necessarium ad vitandam incontinentiam, iuxta multos valet votum, quia melius est muliere quam viri, 1. Cor. 7. Idem dicitur si quis voveret pauperiam vel perditam uxorem ducere. 2. De re illicita, quae promissio est mortalis contra religionem, ob gravem irreverentiam contra Deum: nam promittente Deo rem ipsi ingraturam, etiam si minari. Idque iuxta Suarez, Lessium, Reginald. etiam res illa fit solum vendituri mala, & ut talis cognoscatur a vovente, quia est facta attribuitur Deo approbationem peccati saltem venialis, & minime Deo placere peccatum, eoque coll: quod est graviter iniuriarium Deo, & directe repugnat eius humae sanctitati ac bonitati. 3. De re optima, sed ad obtinendam rem malam, vel ad gratias agendas pro re mala obsecrata, v.g. vindicta, non autem praecise pro bono effectu secuto ex peccato. Nam Deus non accipit aliquid, ut sit auctor peccati, & illud prooveat, vel in gratiarum actionem pro eo, quod fuerit auctor peccati: nam est auctorem peccati esse venialis, repugnat bonitati ac sanctitati divinae. Valet tamen Votum de actione bona sub conditione turpi adiecta in eius odium, ut de elemosyna danda, si

K. pec.